



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antonini Liberalis Transformationum congeries**

**Antoninus <Liberalis>**

**Basileae, 1568**

**VD16 A 2960**

Gvilielmi Xylandri Avgvst. Annotatiunculæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70288](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70288)

**GVILIELMI XY-**  
**LANDRI AVGVST.**  
 Annotatiunculæ.

**IN METAMORPHOSES**  
*Antonini Liberalis.*

1 In Cragaleo sedasse.) *πρωϊῦσαι πλῆγῶν.*  
 lego *πρωϊῦσαι.*

2 VI. Sacriq; custos fulminis.) *τὸ ἱερὸν*  
*συνῆψον.* legi, *τὸν ἱερὸν συνῆψον.*

3 VII. Quòd ipsum destituisse.) Ad  
 verbum *ἐγὼ* refertur etymon. cuius varia signifi-  
 cata apud Grammaticos est inuenire. Ego *αὐτὸν*  
 legi: *Ἐ λμῶνα*, pro *χμῶνα* reposui.

Hoc modo.) *ἔγω* legi, cum reperirem *ἔγω*.

Pellus Erodij genus est. De ephippo dubito:  
 Ἐ fortassis est legendum *ἵππῳ*, equo.

4 X. *κελεύωντων.*) Ego quid vocis hoc sit, non  
 inuenio. itaq; asteriscum loco versionis posui. Cæ-  
 terum multa passim perspicue deprauata, ex inge-  
 nio ac sensu correxi: quæ omnia annotare non erat  
 operæ pretium.

5 XII. In Cygno vini vi est obrutus.)  
*Ἐ χειρῶν.* lego *ἐναρῶν.* Post ubi asteriscum  
 signavi, tenor fabulæ ex VII Ouidij Metamorph.  
 potest intelligi: ad quod opus illustrandum, hic li-  
 ber

her non parum potest adferre adiamenti. Ibi Hyrie est, quae haec Thyria. fortasse hoc rectius. Ego in uertendo, sensum saepe, etiam verbis valè coherentibus in textu expressi. Cuius rei (ut unum exemplū citem) habes euidēs indiciū in fab. XXXVIII. de Acasto & Peleo: cuius rei Horatius in Oda ad Asteriam meminit. Annotando autem omnia persequi neque volui, neq; erat ocium.

### IN PHEGONTIS Mirabilia.

Valde prodigiosa sunt haec siue fabulae, siue historiae. Dico, siue historiae: quia nimium atrocitari videntur diabolo, multoq; meliorem minusq; timendum facere, qui nihil tale factum fuisse, aut fieri posse ipsius artibus putant. Alioqui quae de Buplago referuntur, & horum similia, planè figmentum esse, cur quis credat, cause sunt satis iuste. Ego in medio rem relinquo. Primae narrationis caput deest. Videtur summa haec esse: Phylinnam Damostrati & Charitūs filiam, clam cum hospite Machata, etiam vita functam consueuisse, idq; nutricem deprehendisse.

1 In Aetoliam.) In Graeco omnino est, εἰς Ἰταλίας mendose.

2 Thrinaciamq; .) Θρινακίω: Siciliam nimirum. Nam tametsi peruulgatum est, eam insulam à tribus nobilibus promontorijs dictam esse τριαν-  
νοειαν

ἡρίαν: tamen & apud Suidam ἠρίναξ Sicilia: ut puto, dicta à ventilabro, cuius in tanta fertilitate in insula plurimus vsus fuit. ne quid de falce dicam.

3 Romam perlatis.) Διλωθέντων. Mallem διμωθέντων, multo magis διασωθέντων.

4 Nisææ quando.) Annotatum est de his aliquid in Pyrrrhum Plutarchi, à nobis. Codex hic Νισαῖα per u habet constanter. Apud Strabonem lib. XI. Plin. lib. 6. cap. 25. Et in Dionysio Afro, ibiq; Eustathio, & eodem in Iliad. β. 558 denique apud Suidam, ubi series litterarum ambiguitati obstat, perlegitur. quod & secutus sum. Ceterum ad huc locum in margine annotata sunt, quæ sequuntur, & in quibus legendis ob rarissimam & obscurissimam characterū ab vsitatoribus discrepantiam me nonnihil torst. μεταξὺ Σουσιανῆς καὶ βακτριανῆς τόπος ἐστὶ Κατασίγωνα, ὅπερ ἑλλήνων γινώσκουσι διηλοῖ. ἐνταῦθα ἵπποι διάφοροι γίνονται, εἰσὶ δὲ πᾶσαι ξανθαί. Ὁ δὲ Εὐριπίδης πρὸς τὴν ἐρυθρὰν θαλάσσην τὴν Νισαῖαν φησὶ εἶναι. Inter Sufianam (inquit) & Bactrianam locus est Catastigona, quæ vox Græcè neson, id est insulam, significat. Ibi equæ præstantes nascuntur, fulvæ omnes. Euripides Nesæam ad rubrum mare collocat.

5 Mevania.) Μινουία. Umbriae urbem esse Mevaniam, vel ex nono Liuij libro est manifestum

festum. Notum porrò, & pro *v* consonante vsur-  
pari à Græcis, cum Latina vocabula transcribunt,  
hac litera destitutis. itaq; mirum non est & ex *μυσ-  
νία* esse extritum. Horum exemplorum non dissimi-  
lia Plinius 7. 4. citat ex Annalibus, ne quis nimis  
Græcas esse putet has narrationes. De Consulum  
nominibus remitto te ad Annales.

6 Oraculū satis.) *λοξόν*. *ἐμῆ* autem hic legi  
pro *ἐν*, cum *ῥώμη* nominatiuo casu legatur. *παμ-  
φύλων* appellatiuū duxi. Cætera in margine an-  
notavi. & res digna nō est in qua laboretur. Ego  
ita verti, vt qui in nugis difficilibus nugari liberè  
statuissem: ne de hoc oraculo Delphos pro natato-  
re mittere cogerer.

7 Finibus Imperatoris.) *ὀρείοις*. Fortè *ὀρειοῖς*,  
hortis. Sed & suprà *Euryopa* Nili filia bis poni-  
tur mendosè.

### IN FRAGMENTVM de Olympijs.

*τῶν τε*) Lego *τῶν* τότε

*λασι ἀναντ* &.) Codex erat literis rare formæ  
& antiquitatis conscriptus. aliam tamē lectionem  
exculpere non potui. Fortè *πασι ἀναντ* scribē-  
dum fuerat. Loco *ἐροτιν*, est *ἐροτιν* in margine:  
quod adhibita *συνίσησ* versus tolerat. Quid au-  
tem sit *ἀμμονοῖαν*? Ego legerem *ἀμμον* eis *ἄαν*.  
Sic Pelops Græcæ ciuitatis autor intelligeretur.

IN

IN APOLLONIUM.

1 In Scyro insula.) Credo non Συρῶν, sed Σήρω legendum. Fuit enim Syrus insula patria Pheacydi, unde Syrius dictus est. Quod qui non obseruauerunt, Syriam ei patriam falso tribuerunt, ut alibi ostensum est.

2 Parybum.) In eclogis Ctesiae ab Henrico Stephano editis, παρῦβον legitur, per u, nō p v, fol. 273

3 Idemq; & Ammonem.) ἐτι δὲ πορ. in Græco. Fortassis non δὲ, sed δὲ legendum: ut bis eo profectus intelligatur: quod ad augendum facit miraculum. Questionem XXXIV, asteriscum alleui, quod Theophrastum euoluere huius loci causa non vacaret, & ἀμμιγυρῶν mutilum esset. Certè libro octauo historiae Stirpium hodie legitur, quod hic ex septimo citat.

4 Clematis.) In Græco est κλιματίς. Legè κλιματίς, quæ vox etiam sarmentum significat. κλιματίσσοις intellexi epilepticos, quanquam nullo exemplo fretus. 382 historiae verba planè sunt luxata.

5 De plantis octauo.) Imò nono, ut hodie diuisi habentur. Interficere posui, quia ἀποντένειν ille habet, non ξυραίνειν. Hoc paragrafo scriptor etiam id quod de malis vlceribus sequitur, complexus est. Propter vocem ἰξίαῖ annotated est ad marginem: τοῖς παρ' ἐνίοις λεγομένοισι νερσοῖς, τοῖς ἐν τοῖς ἀνέλεσιρ, ὀμωῶν τοῖς ἐν τοῖς δούδοις

σι. Σημαίνει καὶ πῶαν τινὰ, ἢ καὶ χαμαιλέωρ πα-  
 λῆται, καὶ ἐτόβρα ἐγὶ τις, ἀφ' ἧς ὁ ἰξός. Ad id au-  
 tem quod de Solis & Pinaro sequitur, vſitatoribus  
 characteribus recentior quispſiam adſcripſit, quibus  
 ignorationem ſitus locorum & diſtantiæ obijceret  
 autori. Quanquam euauerunt quædam literæ, vt  
 integræ legi non poſſint. Legi autem ἀπυθίως,  
 pro ἀπύρως.

1 Cum caneret.) ἀδοντ & αὐτὲ μεταξὺ. Vi-  
 de ne aliquid deſit: nam cicadam in fidis ruptis locū  
 ſubiſſe, & vicem eius geſiſſe, eſt apud Clementem  
 Alexandrinum, initio πρῶτος πηλὺς hanc fabulam  
 referentem.

2 Septem femineos.) Ex hymno Homeri in  
 Mercuriū: ſed neſcio quos ſit codices autoresq; ſecu-  
 tus. Certè pro θηλυτέρων, hodie συμφώνως legitur.

3 Si importentur.) In Græco, καὶ ἰδὲ τινος  
 quod à poſtiori mutuatus librarius videtur.

4 Alibi vſq;.) Haud dubiè loci nomen exci-  
 dit in Metamorphoſib. Antonini, Lero in ſula ad-  
 ſcribuntur. Vide ibi.

5 Eliam.) ἠλιάων. Neſcio an circa Elidem: ſci-  
 cut infra §. 155. Cranonem vnico v ſcripſit, Ariſto-  
 telem & alios ſecutus: cum noſter codex duobus v  
 ſcriptum habeat.

6 ὃν πῶδα τέμνει.) Ex Heſiod. ἑ. ὄργων vbita-  
 men τεύδει legitur. Mox εἰσδέεται. Senſus po-  
 ſcit pro ἐνδύεται.

O' vti-

- 7 O' vtinam.) Primo versu lego ου μ' ἐτι, non ἔτι. quod ἔ à metro est, ἔ à sensu alienū. Sed ad βάλε δὲ βάλε in margine est annotatum, κατ' ἀπονοπλὴν τῆ Α ἀρτυνῆς τοιχείδ. ἐγὼ γὰρ τὸ ὄλον ἀβάλε σημαντικὸν σύχως ἐπίρρημα, ἀντὶ τῆ ὀφελου, εἶθε, αἶθε. βάλε ait, preciso a prima litera, pro ἀβάλε optandi aduerbio positum.
- 8 Tarandum.) Sic Aristoteles θαυμαῖς. αἶνος. non per τ, vt noster.
- 9 Cedripolis.) Vox vitiosa. Aristoteles Amphipolim habet.
- 10 Veluri humidis & mollibus.) ὡς αἶθ' ἐνύχρω ὄντων. Cur hederam gestarent, apud Aristotelem causa non est explicata. Hoc quidem non celatum, aliquid doloris ob cornuum deiectionem esse ceruis. Vide num non sit legendū pro ἐμ, ἐτι: vt fortassis recens enata, ἔ adhuc tenera cornua edera munierint. Quod ad vocem Achainam atinet in margine (quantum quidem ego legere possum) est ἀχαιῖναι καὶ σαθῖναι, ἡλικίαι τινὲς ἐλάφωρ. Vide Apollonij Ἀργεῶντων. α. ἔ eius Scholiastam, paragr. 16. ἔ Eustath. Iliad. θ.
- 11 Aliquantulum.) ὀλίγον in Græco est, nō ὀλίγας. Cætera ex Aristotelis Mirabilibus narrationibus, ἔ Plutarchi libello de comparatione animalium terrestrium ἔ aquatiliū, pete.
- 12 Prætereuntem enim.) Deest aliquid. Aesalonē diphthōgo scripsi, sicut ἔ Aristoteles ἔ.

de Hist. animalium. Noster codex ε ψιδω̄ habet.

13 Piscium solum. ) τὸν πληρὸν μόνον μὴ ῥυα  
χάσαι, non liquet: vt & in CXXXII πῆσαι κγα ατο.  
vbi meo arbitrato sum vsus.

14 Quibus ruptis. ) ἐφ' ὧν πύγνυιδύωρ: le-  
gi ἐξ ὧν πύγνυιδύωρ. In XCH. diu nauī.

15 A' cane. ) Legi ὑπὸ νεωδς, pro τινός: quā-  
quam res aliter loquitur. CV. non intelligo.

16 Crentile cognomen. ) ἐπιθυμίας legi,  
vbi habetur ἐπιθυμίας.

17 Exædificatum. ) οἰκοδομηθῆναι, non  
οἶνον.

18 Nemo rectè reprehendit. ) Α' νεῖντο  
λαβεῖν. ἀπεινότερα λαβεῖν, legi: nisi fortè αὐ' εἰνότερα  
malis, vt reprehendatur qui perpetuum duxerit,  
quod statis tantum fit temporibus.

19 Crines flauos. ) Cum legeretur ἡρατεῖν  
ξανθίζον, non obscure sensi vitiatum locum, &  
& scribendum ἡρατεῖν ξανθίζον.

## IN MARCI ANTO- nini de vita sua libros, An- notationes.

Haud ingrati rem lectori, neq; à meo institutio  
alienam facturis mihi videor, si principio de au-  
tore nonnihil exponam: nam de operis ipsius digni-  
tate atq; vsu, in Præfatione, ea quæ visa fuerunt re-  
feren-

ferenda, posuimus. Scriptum est à M. Aurelio Antonino Vero Imperatore Romano, eo qui Philosophi cognomentum tulit. Cuius quoniam extat vita, perscripta à Dione nostro, epitomæq; Xiphiliniæ inserta, itemq; à Iulio Capitolino, & alijs: ea modò adducam, quæ ad propositum nostrum (id autem est, vt Operi nonnihil lucis adferamus) videbuntur sufficere: reliqua ex ijs, quos dixi petantur libris. Primò, quòd in Operis inscriptione posuimus, M. ANTONINI PHILOSOPHI: cognomentum in Græco non erat additum. est autem euitandæ obscuritatis causa à nobis adiectum. Duo enim fuerunt Antonini Imperatores, quorū alter Pius, alter Philosophus cognominatus est. Scriptum esse hoc opus à posteriore, cum plurimis alijs argumentis, quæ in promptu sit ex vtriusq; historia colligere, tum Suidæ testimonio constat. eius hæc sunt verba in vocabulo μαρτυροῦ ἵστοῦ ἰστορίας τῆς ἰδίας βίης δωδεκὰ βιβλία ιβ. Hoc est: Scripsit hic de vita sua libros duodecim. Quod idem est cū inscriptione nostra, τὸν εἰς ἑαυτὸν βιβλία ιβ. Operæ precium porrò esse arbitror, nonnihil de genere & affinitatibus eius commemorare: quando ipse libro primo suorum familiarium mentionē facit. Adrianus Imperator, cum liberos nullos sustulisset, adoptauit L. Ceionium Commodum Verum, cui ea ex adoptione Aelij & Cæsaris cognomina obtigerunt. Hic viuente etiamnum Adriano deceßit vita, filio

• 3 •

eiusdem

eiusdem nominis relicto. Itaq; Adrianus vt successo-  
 rem dignum relinqueret reipub. T. Aurelium Ful-  
 uium Antoninum ( qui & successit ipsi, & Pius est  
 cognominatus) adoptauit: adoptandosq; ei præter-  
 ea dedit Veri, quem diximus, superstitem filium, &  
 M. Antoninum, qui deinde Philosophus est appella-  
 tus. Erat hic ( vti mox demonstrabimus) necessitate  
 iūctus T. Aurelio Antonino. vterq; defuncto Anto-  
 nino Pio, summæ rerum præfuit: donec L. Verus, L.  
 F. rebus bellicis egregiè gestis, bello Marcomannico  
 apud Altinum apoplexia vitam claudens, Antoni-  
 no Philosopho imperium collega vacuum reliquit.  
 Ceterum Antonino Pio vxor fuit Annia Faustina  
 Galeria, filia Annij Veri, clarissimi viri, qui & bis  
 cōsul ( apud Xiphilinū sub finem Adriani legitur  
 tertium consulatum obiuisse, haud scio an mendo-  
 se) & vrbs præfectus fuit. Ac quoniam mentio  
 Xiphilini incidit, obiter annotandum putauit, quòd  
 in editione Xiphilini cum Dione nostro editi, eo fa-  
 cilius me sefellat, quòd illum ipse non conuerte-  
 ram: ea modò correxi quæ erant malè interpretata,  
 idq; properās. Nempe vbi est de M. Antonino phi-  
 losopho, ἀννίῳ βήρῃ τῆ τῆς ὑπατεύσαντος καὶ χι-  
 λιαρχήσαντος ἕγγονος, & in Latino, Filius Annij  
 Veri, qui III. consul, ac tribunus militū fuerat: le-  
 gendum ἄλλῃ pro τῆς, vt dixi, videri ex Capitolino  
 posse. Certè πολιαρχήσαντος, non χιλιαρχήσαν-  
 τος debere scribi: porrò Latine legendum nepo-  
 (ho

(hoc enim est ἐγγονοῦ) Annij Veri, qui III. consul, & praefectus vrbis fuerat. Ita Capitolinus habet, & consentaneum est rationi. Enimvero Annius iste Verus, avus paternus fuit M. Antonini Philosophi. Habuit enim filium Annium Verum, qui in praetura obiit. eius vxor fuit Domitia Caluilla, Caluisij Tullibis Consulis filia. His natus fuit M. Antoninus Philosophus, qui etiam Catilij cognomen tulit, à proauo materno. Porro habuit M. Antoninus Philosophus in matrimonio Faustina, T. Antonini Pij, & amitae suae Anniae Faustinae Galeriae filiam. Suam autem filiam Lucillam L. Vero collegae nuptum dedit.

Hoc addendum. An. V. C. DCCCXCII, à nato autem Seruatore nostro CLXII, Antoninum Philosophum occepisse imperium.

#### In Librum I.

Ab auo meo Vero didici.) παρὰ τῷ πατρί μου. Verbum ἐμαθον, aut aliquid tale, subintelligitur: idemq; in omnibus sequentibus particulis. Ego addendum de meo singulis periodis aliquod verbum censui. Nam (nisi fallor) voluit hoc libro ostendere, qua potissimum in re singulos suorum cum necessariorum, tum familiarium admiratus, imitatusq; esset.

1 Ne auriga prasinus.) Quatuor genera fuerunt aurigarum apud Romanos, distincta coloribus, albo, rufo, prasino (qui est porraceus, nimirum viridis) & veneto. Patet hoc ex Dionis Nerone.

2 A Dio-

2 A Diogneto.) Operam præterea pingendo sub magistro Diogeneto (fortè Diogneto) dedit. Iulius Capitolinus.

3 Neq; animi causa coturnices.) ὀρτυγοτροφεῖν. Hæc ipsa verba sunt apud Suidam in voce ὀρτυγοτροφία: non tamen explicata. Ludi quidem genus ibi describit, in quo coturnices in gyrum collocatæ percuterentur, &c. Citatq; locos è Platone, illius ludicri mentionem continentes. Existimo igitur τὰς ὀρτυγοτροφίας, aut ὀρτυγοτροφίας verbo prouerbialiter omnia ludicra, & inania exercitia autores intellexisse. Vide Plutarchum de audiendis poetis, & ibi à nobis indicata.

4 De contemplationibus.) ποῦ δὲ θεωρημάτων ἢ τῶν φυσικῶν, ac præsertim mathematicis, vbi nullus vsus, & effectio, sed cognitio tantum requiritur.

Exercitijs dediti, ac laboriosi.) τὸν ἀσκητικὸν, ἢ τὸν ἀσπυτικὸν, fortè ἐὼσπυτικὸν. Sensui tamen videor consuluisse.

5 Et Astrologia.) In Græco quidem est ἀστρολογία: quod est, facetijs, & vrbanitate in dicendo. Ego tamen ἀστρολογία legi ac verti: nam videtur loqui de disciplinis istis, quæ eo nomine malè audiebant, quòd plus ostentationis & inanis studij ac laboris, quàm fructus & veræ utilitatis haberent: in quibus numeratam fuisse ἀστρολογία, & adhuc à doctis multis numerari, satis notum est. Nunc sanè ἀστρολογία

φιλολογίαν retinerem, & nimis exquisitæ in dicen-  
do venustatis affectatum studium, (wort gebreng)  
intelligerem. quod neq; decet magnos viros, & sæ-  
pe de elegantibus ridiculos facit.

Alloquio facilitatem.) Legitur enim ὀδία-  
λέπτος. Atqui ego nunc lego ὀδίαλλάεπτος: ver-  
sione sic quidē malè congruit. Post περιλαλεῖν,  
alios deferre, de alijs malè loqui intelligo. forte scri-  
pserat πρὸς ἄλλω, aut πρὸς αὐτὸν λαλεῖν, ut ij in-  
telligantur qui seipsos prædicant.

6 Certamq; constantiam.) ἀναμφιβόλως  
ἀκλόουτον. Cubus alioquin constantiæ signum est  
apud philosophos: ideoq; in Timæo Platonis cubo  
terra confertur, ut elementorum stabilissimum. Sed  
quia tessera luditur, ac multiplices sunt, varij q; earū  
casus: ea ratione inconstantia τὸ κλοῦσαν tribuitur:  
ut sit ἀκλόουτον, quod constanter persistit, neq; fa-  
cile mouetur aut circumuoluitur. Itaque etiam D.  
Paulus monet, ut κλοῦσας τῶν ἀνθρώπων caueamus:  
hoc est, ne omni vento doctrinæ circumagi nos, &  
in errores abripi patiamur.

In Sexto.) Ἐξῆς, lego Σεξτῆ. Sextus philoso-  
phus, quo vsus est plurimum Antoninus, fuit patria  
Cheronensis, nepos Plutarchi.

8 Erga priuatos.) Quod in Græco sequitur,  
καὶ τὸ ἀβελόουτον τῶν διοιδίω, conuertissem, si in-  
tellexissem. Malui itaq; asterisco notare, quàm ar-  
roganter aliquid facere. Suspicor velle eum loqui de

vacuitate fastus & arrogantia.

9 Per eundem cognoui Thraseam.) Egregia virtutum ac constantiae exempla. De Thrasea est apud Tacitum, Dionem, Suetoniumq;: ut & de Heluidio. Reliquorum vitæ sunt apud Plutarchum.

Adulationem compescebat.) ἐπ' αὐτῆς γαλιῶαι. Credo scriptum fuisse συγαλιῶαι.

Quippe vir quid ex usu.) καὶ τοῖς τοῖστοις ἀνθρώποις, vitiose: lego, καὶ τοῖς τοῖστοις, καὶ ἀνθρώπων.

10 Non utebatur alieno tempore.) Diuinaui hoc loco, (ἐν ἐν ἀωρεὶ λῆσος, quod est fortè ἀ λῆω.) sicut & in sequenti periodo: ubi quidem pro τόπῳ, τόπῳ legi. & ubi est, Ad sudorem vsque, suspectum habeo: sunt enim salebrofa hæc.

11 Sicut Chresæ.) ὡσπὲρ χρέση. Soleo asterisco notare, quæ manca suspicer. Fortè est, Quomodo vtaris, χρέση. mutilus est locus.

Hæc in Quadis.) Puto solitum annotare, quibus in locis singula esset commentatus. Sic ad finem libri secundi est, Carnunti ea esse scripta. Sequentia cum prioribus non coherent.

### In librum II.

1 Et hic initium videtur deesse, & ubi est ἡ ἀὐταῖς: nihil adest, ad quod illud ἀὐταῖς referri possit. Ceterum verbo ἀπαυθιᾶσει vsus est metaphoricè. Suidas enim & alij docent, id esse, pulsus inhi-

bus

bus serenitatem facere.

2 Si quis eatenus eius suavitatem.) τὸ νόσιμον est in Græco, quod vocabulum dulcedinem significat. νόσιμος enim est reditus in patriam, qua nihil esse dulcius, Homericæ Ulyssis testimonio receptum est. Et cum Homerus νόσιμον vocet μελιήδεα: inde factum est, ut dulcia vocentur νόσιμα, ut Eustathius docet: ἔστι νόσιμος ὁμονύμως ἡ ἡδύτης. Utitur eodem modo Lucianus πῶδε πούθεν· τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆν ναυαγισμῶν καὶ αὐτοῖ, ὁρᾶτε οἶμαι, ὡς τὸ μὲν νοσιμώτατον τῆν παρεσινασμίωρ ὁ παπνὸς πάλαιων, ἀνω εἰς τὸν ἕρανὸν οἰχεται.

Anima vaga est.) ἡ δὲ ψυχὴ ῥεμβός. Est autem altera lectio annotata ῥεμβός, quam probavi, et secutus sum: neque enim videtur philosophicum esse, animam rhombo (quæ est figura quatuor equalium laterum, non tamen rectangula) comparari. At ῥεμβός vagus est, et ῥεμβέδις vagari, et incuriè rebus uti, quo vocabulo ipse supra usus est sub initium libri huius: καὶ παῦσαι ῥεμβόμενον, ac vagari desine. Plutarchus Pompeio, ῥεμβόμενον ἐν τοῖς πράγμασι τὸ πρὸς πόναν καταμαθῶν: animaduertens Perpernam vagari, et incuriè rem gerere. Idem in Fabio, ῥεμβόμενον ἀπὸ τῆς στρατοπέδου, qui sepe à castris aberat vagans aliò, ad scortum nimirum suum commeans identidè. Idem in lib. de Cōmunibus noticijs, planè sic est usus, ut hic noster. νόσιμον γὰρ ἕδὲ εἰς ἐστὶ πρὸς ἀρετῆν, ἀλλὰ ῥεμβόμεθα πάντες ἀχρημονοῦν

τες υγει ναυοδοιμονουωτες. Porro autem adiectiuum masculini generis, substantiuus foemininis addi Graeco more, non est inusitatum: suntq; multa à Budeo annotata eius rei exempla.

In somnij & fumi.) *ὕψος* & *υγει τὸ φ*. Scio *τὸ φ* esse fastū, superbiamq; inanē: sed ea significatio huc non quadrat. Verti ergo fumum: id enim videtur *τὸ φ* propriè significare, seu caliginem ab igne proueniētem: cui vana elatio animi atq; fastus quū sit similimus, commodissima trāslatione *τὸ φ* Graecis dicitur, ac definitur *ἄναψις καὶ θίσις λὺ ἐπέγει υψότης*. Ignis nō fit sine fumo. Frequēter autem res leues ac fluxae fumo cōparantur. atq; in psalmo etiam Davidis est: Sicut fumus dies mei. Ceterū, et si non recordor *τὸ φ* me pro fumo legisse: tamē id quod dixi, verbo *τὸ φ* satis testatum relinquitur, cuius est apud poētas Graecos vsus. Adducam vnum exemplū quod in praesentia succurrit, ex Apollon. ἀργοναυτιῶν β.

Ἐπιπρὸ δὲ λιγνύονται

καπνῶ τυφόμεναι πότερτις ἐπὶ αἰῶσι.

De apibus loquitur. Ibi Scholiastes: *καπνῶ τυφόμεναι*, ἀντὶ τῆ *καπνίζόμεναι*. (Et sic paulo supra exposuerat τὰ *τυφόμεναι*) σημαίνου δὲ *υγει τὸ υγειόμεναι*. Si cui tamen hoc non probatur, is pro fumo inanem ostentationem aut fastum reponat.

Carnunti.) Vrbs Pannoniae fuit, olim celeberrima, hodie (vt existimatur) Passaw.

In

In librum III.

1 Tempus sit vitam relinquendi.) *ἐξαι-  
τίου αὐτοῦ.* Est autem *δ' αὖτε* *ἐαυτοῦ*, sibi ipsi mor-  
tem cōsciscere, apud Græcos scriptores. Quæ signi-  
ficatio quia huc parum quadrare videbatur, mol-  
lioribus vsus sum verbis.

2 Oliuis maturissimis.) In Græco legitur  
*ἀρυνπέπαισι*, scribendum *ἀρυνπεπέσι*. Sed *ἄρυντα*  
*πέσι* legi potest (quæ lectio erat in margine anno-  
tata) ut sint oliuæ præ maturitate iam de arbore de-  
cidentes: quarum similitudine vsus est infra Libro  
quarto.

Leonis supercil.) *ἐπισπιούριον*. Scholiast.  
Homeri exponit τὸ *συνσφύρωμα τ' μετώπῳ*, quod  
est, superciliorum in fronte cōmissuram: atq; hinc  
verbum *συνίσει*, quod est irasci, deductum. Nam  
Homerus leonem iratū describens, *Ιλ. ρ.* ita habet:  
*ῥαῦ δ' ἐτ' ἐπισπιούριον ἡέτω ἔλκεται ὄσσε κα-*  
*λύπῳ.* Vide Eustathium.

3 Castis oculis.) Secus quàm Sophocl. qui a-  
pud Ciceronem à Pericle reprehenditur ob formans  
pueri laudatam, quod oculos abstinentes non habe-  
ret. 1. Officior.

4 Democritum pediculi.) Non memini  
me hunc exitum Democriti legere apud vllum ido-  
neū autorem. de Pherecyde quidem Syro Philoso-  
pho legitur. fortè est lapsus memoria. *ἔ* quod est  
*Σωκράτῳ ἀλλοι φθίρες*, falsum est. Ego historiam  
secutus sum.

s De-

5 Declinanda est vanitas.)  $\omega\epsilon\epsilon\iota\gamma\alpha\theta\varsigma$ . atq[ue] haud scio, an in hac significatione vsi sint Graeci auctores antiqui. Pro fugere & declinare etiam D. Paulus vsurpauit, ad Timotheum poster. cap. 2.  $\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \delta\epsilon\ \beta\epsilon\beta\eta\lambda\omicron\upsilon\varsigma\ \kappa\upsilon\upsilon\omicron\phi\omega\upsilon\iota\alpha\varsigma\ \omega\epsilon\epsilon\iota\gamma\alpha\theta\omicron\varsigma$ .

6 A temeritate alieni.)  $\alpha\pi\rho\omicron\pi\tau\omega\sigma\iota\alpha\upsilon$ , vacuitatē temeritatis.  $\omega\rho\omicron\pi\tau\omega\sigma\iota\alpha\upsilon$  enim  $\omega\rho\omicron\pi\epsilon\tau\epsilon\alpha\upsilon$  dicit: Sic infra libro XXIII.  $\alpha\pi\rho\omicron\pi\tau\omega\sigma\iota\alpha\upsilon$  est, circumspectus, non temerarius.

7 Itaque ad finem.)  $\epsilon\iota\varsigma\ \theta\epsilon\lambda\omicron\varsigma$ : lego  $\epsilon\iota\varsigma\ \tau\epsilon\lambda\omicron\varsigma$ .

Androgynis.) Hoc est, ijs qui ambiguo (vt Linius loquitur) inter marem & feminam sexu sunt nati. Graecum retinui, quia est & appositum, & Latinis autoribus, ipsiq[ue] Ciceroni etiam vsurpatum: aliās Hermaphroditos vocat.

Nihil non turpe.) Desunt haec in Graeco.

In librum IIII.

1 Cum exceptione quadam.) Nimirum vt agat, quantum homini fatum & res permittit proposita.  $\mu\epsilon\theta\ \upsilon\pi\epsilon\chi\alpha\iota\epsilon\sigma\epsilon\omega\varsigma$ . Porro  $\upsilon\pi\epsilon\chi\alpha\iota\epsilon\sigma\epsilon\omega\varsigma$  rectē verti exceptionem, vt ex loco Plutarchi patet in vita Numæ, vbi scribit, quorundam sententia pontifices à potentia seu potestate denominatos, quòd vocabulum haberet vim exceptionis ( $\upsilon\pi\epsilon\chi\alpha\iota\epsilon\sigma\epsilon\omega\varsigma$  ibi leges) indicandæ: quòd scilicet pontifex rem sacram, quantum eius omnino fieri posset, perageret: nec ei fraudi esset, si graue aliquod impedimentū incidisset, quo minus sacra perpetraret.

2 Ad

2 Ad mentem eam quæ est reliquarum origo.) λόγος ασφρατιστός. paulò infrà clarius dicet de hoc.

3 Ac qui secudum bonum.) κατὰ τὸν ἀγαθόν. Fortè Ἀγάθωνα, quod maxime videtur confirmare articulus τὸν masculinus: Ἔ verba quæ sequuntur, omnino videntur ex aliquo poëta desumpta. Agathonem verò fuisse poëtam, satis constat ex multis scriptoribus idoneis: citaturq; eius versus ab ipso Aristotele, lib. ἠθικῶν Νικομ. 6. Porro quid sit μέλας ἤθεος, nigri mores, infrà ipse describit.

Nisi ratione cuiusdam dispensationis.) Locus est deprauatus, atq; ideo obscurus.

Nihil eò plus confert.) μήποτε ἀμεινον τ' ἀγαθῶνα. Nisi fallor, sensus ipse ostendit esse legendum, μὴδὲν ἀμεινον τ'.

4 Eius quoq; exemplum recolendum.) Hæc comparatio est interpolata, nec coherent inter se quæ sequuntur.

Non tāquam si dormitemus.) Sensus est: Perficiendum strenuè, quod recto consilio agendum susceperimus: neque in medio actu desistendum, aut titubandum. Nam in somnis sepe imaginamur nobis aliquid agere, nihil tamen efficimus, sed (vt pulcerrimè expressit Maro)

In medijs conatibus ægri  
Succidimus, non lingua valet, non corpore nota  
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur.)

5 Quot

5 Quot vrbes mortuæ.) Ita Seruius Sulpitius in cōsolatoria ad M. Tullium epistola, de Corintho, Athenis & Megaris loquitur: Quum vno loco tot vrbiū cadauera proiecta iaceant.

Helice.) Vrbs fuit Achaïæ, in sinu Corinthiaco sita. Hanc à mari absorptā testatur Polyb. lib. 2. Plin. nat. hist. li. 2. cap. 92. & Ouid. 15. Metamorph.

Si queras Helicen, & Burin, Achaidas vrbes,  
Inuenies sub aquis, &c.

Pompeij & Herculanium oppida fuerunt Campaniæ, haud procul à Vesuuiō monte: vt Plin. ostendit lib. 3. cap. 5. quorum de interitu nihil habeo cōpertum, nisi fortè conflagratione Vesuuij montis (quæ accidit Titi Vespasiani ætate, & in eius vita à Dione describitur) perierint. fit quidem etiam infra lib. 8. Pompeiorum interitus mentio.

Quod heri fuit piscis.) In Græco est *μυζαειον*. piscem aliquem innui, ex eo quòd *τιειχ* & sequitur, conijcio: certi nihil habeo.

Similis esse debes promōtorij.) Hac similitudine Cicero eleganter vsus est, ad Papirium Pætum scribens de fortuna: Quam existimo leuena & imbecillem, ab animo firmo & graui, tanquam fluctum à saxo frangi oportere.

In librum V.

1 Indignari cunctari.) *γλιχρως*. *γλιχρως* est lentum, tenax. itaq; supra ad finem libri prioris, *γλιχρως οὐ διατίθει τὸ πλὴν* dixit diu uere.

uere. Quare hic γλιχρσέδς vertendum putavi,  
cunctari: hoc est, ægrè ac nulla cum alacritate suum  
officium facere. quod vitium suprà etiam damnauit.

2 Leuem esse.) *πρὸς πρὸς σέδς*. Suidas expo-  
nit *προπετείαν*: *ἡ ἀρπείρειαν*, *βλακείαν* καὶ *προ-*  
*πέτειαν*, hoc est, stultam & inanem temeritatem, seu  
leuitatem, vbi non vt ex vsu est, sed ostentationis va-  
næ gratiæ quicquam agitur. D. Paulus 1. Corint. 13.  
*ἡ ἀγάπη ἢ πρὸς πρὸς σέται*: Charitas non est leuis,  
aut nugæ.

3 Atheniensium erat hoc votum.) Etsi lo-  
cus non est plenus, tamen satis apparet eum voluis-  
se improbare commune illud & damnosissimum vi-  
tium, quo pleriq; tantum ea curant, expetunt, & o-  
ptant, quæ sibiipsis priuatim profint: nihil solliciti  
de communi bono. Id verò vitium, omnium ferè quæ  
sunt in rebus publicis malorum causa est & origo.  
At pleriq; hodie tales esse laborant, qui suram quàm  
genu longius abesse dicant, (vt est apud Theocri-  
tum) & quorum hoc sit votum, *ἄνθρωποι μοί τι γένοι-*  
*το*, mihi ipsi aliquid boni contingat: secus, quàm  
ab animali ad societatem ciuilem nato fieri debeat.  
Preclara fuit apud Persas lex ea de re lata, quam  
Herodotus his verbis refert: *ἑαυτοῖς μὲν δὴ τοῖς θεοῖσι*  
*ἰδίῃ μοιῶν*, ἢ οἱ ἐγγίνετα ἀρᾶδς ἀγαθὰ. Οἱ ἄλλοι  
*σι τοῖσι Πέρσησι κατὰ σύνθετα δὲ γίνετα*, καὶ τοῖς βα-  
*σιλεῖ*· ἐν γὰρ τοῖσι ἅπασιν Πέρσησι καὶ αὐτοῖς γίνε-  
*ται*. Hoc est: Persæ, cum rem sacram facit, sibiipst  
χ priuatim

priuatum aliquid boni precari religio est. Caterum omnibus Persis, ac regi, prosperitatem optat: quippe inter vniuersos Persas, ipse quoq; vnus est. Et diuina est apud Euripidē Menœcei, se pro patria deuoturi sententia, quam adscribam, vt hic Antonini locus rectè intelligatur:

Εἰ γὰρ λαβὼν ἕνασθ' ὃ, τι δεινὸν τὸ τις  
 Χρηστὸν, διέλθοι τὰ τὸ, καὶ εἰς νοινὸν φέροι  
 Πατρίδι, παντῶν αὐτῶν αἰ πόλεις ἐλασσόνων  
 Πειρώμεναι, τὸ λοιπὸν στυχοῖεν αὐτῶν. *id est:*  
 Si quilibet, quantum queat boni, lubens  
 Patriæ offerat, donetq; publicæ rei:  
 Haud totidem euenient ciuitatibus mala,  
 Sed accident in posterum res prosperæ.

Itaq; Athenienses iniuste & illiberaliter suis tantum agris pluuiam & fertilitatem poscebant: qui si omnibus hominibus felicitatem ac successa omnia optassent, & humanæ rationem societatis habuissent, neq; communi prosperitate exclusi fuissent.

4 Totum enim mutilatur. ) *πυρῶτος γὰρ τὸ ὀλόνηρον: non πυρῶτος.*

5 Neq; tibi est ad philosophiam. ) *Sensus huius loci habet nonihil obscuritatis. videtur autē hæc esse sententia: Si quid institueris agere secundū rectam rationem, & euētus consilio tuo non responderit, non debes idcirco tuum propositum damnare: sed potius cogitare, quàm multa in rebus humanis sint, & accidere queant, quæ obstant, quo minus*

nus id quod quæris, consequaris. Itaque conscientia boni propositi, & rationum rectè subductarum animus est confirmandus: ferendumq; quod sors fert humana, & rerum caducarum conditio. Hæc tibi in promptu sunt habenda, iam multò antè ex philosophia petita, atq; ad vsum præparata: ne tum demùm consilium & præceptū velis petere à philosophia, cum eo sit vtendum. est enim hoc parum prudentis. Ita qui lippitudine laborant, aut alio morbo, remedia habent præparata & instructa, quibus ingrue te malo vtantur: non tum demum ea quærent, aut circumspeciant, cum eorum vsus est. Et in prælio aut dimicatione non emitur, neq; acuitur gladius, sed vsurpatur. Videturq; omnino id velle Antoninus dicere, quod est apud Plutarch. (Probl. Rom. 85.) his verbis: *οὐ γὰρ ἀπαρτισσάσασκευδύς ἀπείρητος, ἀλλὰ μὴ ἀπαρτισσάσκει ἀπείρητος ὡς Μύσων πρὸς Χίλωνά τὸν σοφὸν ἔπειν, ἐν χειμῶνι θέρμανα τενταπόδιον.* Hoc est: Præparatis quæ ex vsu sunt, agendum est; non inter agendum præparanda ea quibus opus est: idq; Mysō Chiloni, ei qui sapiens est vsurpatus, dixit, hyeme ventilabrum fabricans.

6 Quod non sub hæc referatur. ) Verba in Græco non coherent. Loqui videtur de vulgi deprauato iudicio, ea quæ videntur, neq; sunt tamen bona, veris bonis præferenti. Id fit ex imperitia. Idemq; accidit his, quod Plato alicubi ex Stesichoro citat: Troianos, cum veram Helenam non cognoscerent,

scerent, de idolo eius siue inani figura decertasse. Quod idem fabula Ixionis, cum nube, quam Iunonem putabat, concumbentis, Poetæ delineant.

7 Ex forma & materia.) Formā dixi, quod autor τὸ αἰτιώδες. id est, id quod causæ vim & naturam habet. Cæterum materiam, quasi patienti, formam (quæ τὸ τὶ λῶ εἶναι, εἶδος, οὐρεψια, οὐτελέχεια, philosophis dicitur) agendi & efficiendi vim habere, notum est ex Physicis. Porro autem de rerum caducarum perpetuitate, quam habent continenti formarum naturalium in materia successione perpetuisq; rerum mutationibus, copiose est ab Aristotele cum alibi, tum in libris de Ortu & interitu disputatum.

8 Ratio & rationalis.) Ostendit, in rebus humanis non esse eam, quæ est in scientijs & artibus, certitudinem atq; constātiā & perfectionem. Hoc ipsum est quod Aristoteles initio suorum ad Nicomachum Ethicorū, tam accuratè docet atq; monet. Non esse eandem quæ est in alijs, in philosophia morali demonstrationum & præceptorum certitudinem requirendam: sed ratione materiæ subiectæ omnia examinanda. Adscribam verba Platonis, eadem rem optimè explanantia, idq; Latine: Dissimilitudines (inquit) cum hominum, tum actionum, rerumq; humanarum tanta, vt nihil ferè in his ne vno quidem momento quiescat ac persistet, inconstantia efficiunt, ne qua de ijs omnibus ars, & que

que omnibus temporibus congruat, tradi possit. His infert Antoninus: Consequens ergo esse, ut finis hominis non in rebus extra ipsum positus, ac nō vere bonis & mutabilibus collocetur. Quod autem *κατορθώσεις* rectas effectiones conuerti, Ciceronem sequutus sum autorem, qui ita extulit libro De finibus bonorum & malorum tertio.

9 Eumq; ferre.) *ἀναντέου*. Legi *ἀνεντέου*.

10 Ei qui hircum olet.) *γᾶσωνι* est scribendum, non *θράσωνι*. *γᾶσθ* est fœtor ille, qui hirsutis (ut est apud Horatium) cubat grauis hircus in alis. *αὐτὸν ἡμῶν τὸ γᾶσθ ἔχ' ὑπομονῆσι*. milites Alexandri de Persis, pugnam inituri. Plutarch. Apophtheg.

11 Aequum te præbuiſti.) *εἰς ὅσας δὲ ἀγνώμονας ἀγνώμων ἐγόνυ*. Ego *ἀγνώμων* lego. quid enim erat laudis, malis se malum præbuisse? præsertim quum sæpius iam monuerit, vitia hominum nobis esse ferenda.

12 Climatibus terræ.) Alludit ad versus Hesiodi *α. ὄργων*, quos adscripsissem, nisi satis notos esse putarem.

13 Cum hominis, omnisq; ratione præditi animalis.) Loquitur ex sententia philosophorum, qui *δογμὸν ζῶον*, animal ratione instructum, non soli homini, sed Deo etiam, demonibus & heroibus genus constituerunt: de quo multa legi possunt hincinde apud Plutarch. præsertim verò

in lib. πρὸ τῆς ἐπιλειπότων χρησέων.

In librum VI.

1 Quàm ut in terram utcumq; redigar.)  
Non enim tantum sacrae literae docent, hominem esse ex limo creatum, foreq; ut in eundem redigatur: sed & antiquissimi philosophi originem nostram eodem retulerunt. Hinc Prometheus dicitur è limo formasse hominem, de quo nullus nõ mentionem facit poëta. Et apud Homerũ Menelaus Græcis duellum contra Hectorem detrectatibus iratus, mortem eis ignobilem imprecatur his verbis,

Αλλ' ἡμῆς μὲν πάντες ὕδωρ ἢ γαῖα γένοιθε,

Vos in aquam & terrã cunctos conuertier opto.

Itaq; hæc hic tuli, neq; volui, quod poteram ad alium sensum cogitando diuertere.

2 Vide quid agant homines.) Queritur de iniquo hominum iudicio, qui cum alijs presentibus laudem meritam testimoniumq; virtutis inuideant, ipsi ab ijs quos non viderunt, laudari volunt: cum nihil inde fructus possint ferre, iam antè mortui. Facit hoc egregiè ad famam contemnendam.

3 Non indignamur.) ὅτε ἐπισημαίνουθα.  
In malam partem vsum vocabulo hoc, & ipse puto, & sententia testatur. Non recordor me apud vetustiores autores hoc vocabulum ita sumtum legisse. Appianus quidem Alexandrinus, haud ineruditus scriptor, eodem modo vsurpauit lib. 5. ἐμφυλίου, de milite loquens, qui ludis in subsellia equitũ ascenderat.

derat. ὁ δὲ μὲν ἐπεσον μὲν αὐτὸ, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐν στρα-  
τιώτῳ ἀνέστη : Populus murmure indignitatem  
rei testatus est, & Caesar militem inde abduxit.

4 Inhumanum esse videtur. ) Hic locus idē,  
sed paulò obscurius, videtur docere, quod Cicero ad  
Lentulum de Platonis sententia his verbis monet: Id  
enim iubet idem ille Plato, quem ego autorem vehe-  
menter sequor: Tantum contendere in republica,  
quantum probare ciuibus tuis possis: vim neq; pa-  
renti, neq; patriæ afferre oportere.

5 Vide ne à præsenti statu deiectus. ) In  
Græco est, ὄρα μὴ ἀπογοισαρωθῆς, μὴ βαψῆς. po-  
sterius est: Ne mergaris. Quid autem sit ἀπογοισα-  
ρωθῆς (si, quod non iudico, Græcum est, aut omnino  
non deprauatum vocabulum) nescio. Neq; vereor  
ne significet, imperio aut summa rerum deponi,  
ἀπὸ τῆς καίσεως. neq; enim vel etymologia hæc au-  
ditu digna, vel sensus loci esset vllus. itaq; liberè mea  
verba supposui.

6 Antonini discipulum. ) Pij scilicet, qui  
antecefferat eum in imperio.

7 Quæ vultus serenitas. ) τὸ εὐόδιον τῆς ὄψεως  
λέγεται εὐόδιον.

In librum VII.

1 Velitationes. ) In Græco est διαδογασμοί.  
Quod tamen vocabulum fateor me non satis intelli-  
gere. ἄγου quidem hastam esse, vel pueri sciunt: itē,  
ἀγορᾶς esse eius patriū casum: ut διαδογασμοὺς

X 4 vide

videatur esse hastiludium (quod barbari vocant) id est, concertatio hastis quaedam inita. Sed haud scio quàm huc id quadret. Videtur autem, his omnibus humanæ vitæ vanitatem & varietatem voluisse demonstrare.

2 Quàm multi quondam fuere.) Aliunde huic loco videntur hæc à librario esse intercalata: incommodè profectò, cum alioquin sequentia optime cum prioribus cohæreant, in quibus ostendit, nonnunquam, ubi propriæ nos vires desituunt, auxilium aliorum non aspernandum esse, dummodò nostrum officium faciamus. Etenim & Homericus ille Diomedes, socio adiuncto sperabat se propositum negotium rectius confecturum, unde est illud *Σύνοτε δὲ ὄρχουδύω*, vsitatum bonis autoribus, explicatumq; ab Aristotele libro 8. Ethicorum, de amicitia disputaturo.

3 Membrum.) In Græco est μέλη, & pro parte μέρη. Porro non fallit eruditos, membrum respectu totius & reliquorum membrorum maiore devinciri necessitate, quàm totius partes qualescunq;. Est enim omne membrum pars, non contrà. Multo ergo rectius societatem humanam & vniuersi coniunctionem intelligit, qui membrum se, quàm qui partem generis humani dicit. Discrimen hoc diuisionis eis μέλη & μέρη, etiam Strabo suæ rei accommodauit lib. 2.

4 Diuina.) *Δαιμόνια*. Legendum *Δαίμονες*, aut  
saltem

saltem *δαμόνια*.

Pauca secus.) *ἢ δουλίαν*, lego *ἢ δὴ λίαν*. Sunt autē passim per multa, in quibus ariolo magis quān interprete opus sit.

5 Nā rebus.) Promiscuē et mutilatē huc poëtica quēdā sunt congesta: partim infrā lib. XI. repetita.

6 Platonica ego.) Ex apologia Socratis hæc sunt.

7 Credens ijs qui dicunt.) *ταὶ γυναιξίη*, in Greco. Sanē Hector Homericus Iliad. 3. suam uxorem hac ipsa ratione consolatur, versu 487. *Ἔ* est minimē muliebris hæc sententia, apud Poëtas passim inculcata.

8 Est aliquis te peritior.) Adnotatum est hoc loco à librario, nō esse hic nouæ initiationis: sed coherere cum his quæ ante ea quæ ex Platone sunt huc translata, præcedebant. Sed quia illa ipsa erant mutila, id quidem non video quale sit. *καβάλιον* luctatorem dici puto, *πρὸ τὸ κατὰ βάλανον*, deijcere.

9 Omnis animus, inquit ille.) Nimirum Plato in Protagora.

10 Salaminium.) Leonem nomine, quem ad cadē ab eo duci Critias tyrannus volebat. vide Apologiam Socratis apud Platonem, *ἔ* Diogenē Laërtium in vita Socratis.

In librum X.

1 Pests, bellum.) Pro pestis, in Greco est *μίσ-*

*χ* *ς* *ἔ*,

μθ, minus quod non quadrare puto. sunt autem pleraq; lacera.

2 Expetit quidem.) Alludit aduersus Euripideos, quorum mētio est etiam apud Aristotelem initio octauū Moralium ad Nicomachum. Sunt autem, si quis dextrè accipiat, quod hīc fit, præclari. Refert integros Athenæus libro δευτερο φ. XIII.

In librum XI.

1 Simplici obstinatione.) Ὑπὸ πῶταξιν ita verti, neq; tamen intelligo, cur hoc vel sic Christianis voluisset impingere crimen Antoninus, iam prouecta etate, qui quid aliās de ijs scripserit, non est ignotum. Sed ista aliò pertinent.

2 Oportet igitur.) Diuinare sum conatus, quòd si sententia hæc fuit Antonini, certè est aurea, ijs in rebus adhibita, in quibus pietas finit.

3 Insidiæ rectæ.) Σηάλλω. Mihi subit suspicari, σηάλλω legendum, schlimm. nam & Plutarch. obliquam & distortam viam σηάλλω ἰσθὸν alibi vocat. ἀνοφιλία quid sint, explicare adhuc non satis possum.

ANNOTATIONVM  
FINIS.

RERVN